Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26050
Copyright: Admont, Benediktinerstift



119

cerperet. & que dudu fuerant esuetudinis iudaice fierent ob
seruantie xpiane. Quauis enim uarietates hostiarum differentie
baptismatum & otia sabbatorum cum ipsa carnis circumcisione ces
sauerint. manent tamen ex ipsis uoluminibus etiam apud nos
plurima preceptia moralia. Et cum inde dicat diliges dnm dm
tuum ex toto corde tuo. & diliges proximum tuum sicut te ipsum.
xpo dno dicente cognoscimus quoniam in his duobus man
datis tota lex pendet & pphe. tantaque est sub ie hui gemine
caritatis edicto utriusque copula testamenti ut sine istarum conexi
one uirtutum nec lex quequam inueniat iustificasse nec gra.
Ille quoque partes legalium mandatorum quibus queda preciuntur
ut fiant queda interdicunt ut non fiant antique auctoritatis
retinent firmitatem. Hec uero eis euangelica putanda est ad
usum perfectio. qua & uirtutum studia aduoluntaria incre
mentur augmenta & ultro ne criminum penitentie re
medium relaxant. Dicit autem dns. Nisi habundauerit iustitia
uestra plus quam scribarum & phariseorum non intrabitis in regnum ce
lorum. Quomodo ergo habundabit iustitia nisi superexaltet misericordiam.
Et quid tam equum quidve tam dignum est quam ut creatura ad ima
ginem & similitudinem dei condita suum imitetur auctorem. qui
reparationem sanctificationemque credentium in peccatorum remissi
one estruit ut remota seueritate iudicii omnique cessan
te supplicio reus innocentie redderet & finis criminum
fieret origo uirtutum. Quid igitur dilimi ex uetus predica tione
doctrine ad purificationem animarum corporumque nostrorum. Octa
uum septimi mensis assumimus. non legalibus nos oneribus subi
cimus sed utilitatem continentie que xpi euangelio seruit
amplectimur. quia & in hoc potest superare scribas & phariseos